

A D

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS.

D O M I N U M D.

ODOARDVM FARNESIVM

S. R. E. CARDINALEM

AMPLISSIMVM.

IOANNIS FLAMINII

Cler. Namurceñ.

CARMEN NATALITIVM



BIBLIOTECA  
P A T E T T A

Op.

Cinq.  
61

UNIVERSITÀ DI TORINO

R O M e A E,  
Ex Typographia Gabiana. M.D.XCV.  
Superiorum permisso.



ТОФЕОМ1621

MO  
ILLVSTRISS. ET REV. MO D.D.

# ODOARDO FARNESIO

## S. R. E. CARDINALI

### AMPLISS.

Ioannes Flaminius Cler. Namurceñ  
S. P. D.

#### AENIGMA DEDICATORIVM.

*Sesquinhil, tibi mitto meum, cū principe Regni.*

#### EPIGRAMMA.



*FFERET Indus opes tibi ithus  
Odoarde Sabaus,  
Ostra Tyrus, casiam diues odo-  
ris Arabs,  
Cinnama Pangaeus, rutilas Pa-  
etolus arenas*

*Afer aroma, Syrus balsama Eryxque fauos  
Assyrius myrrham, suauem meliloton Iolchus,  
Liba Libys, nardum Persa, & Erichter ebur,  
Villicus oua, olitor fruges, & arator aristas,  
Pastor oves, turdos rusticus, Ister apos:  
Sed steriliis noster, qua munera reddit agellus,  
Mittimus ex animo, consule quo se boni.  
Hac xenia, exigui quamuis sint muneris instar,  
Attamen ipsa mei pignus amoris erunt.*

# CARMEN NATALITIVM

De Seruatore D. N. IESV CHRISTO.

**I**Llustres doctum decorent Helyconia poetæ  
Fictaq; Musarum carmine rura canat  
Nos canimus Puerum felici virgine natum,  
Et lepidum placido promimus ore melos.  
Vana quid aonidum præstant figmenta virorū?  
Quid simul orbis opes cōmemorasse iuuat?  
Hac etenim Florent violæ de more fugacis:  
Sacra sed æterna posteritate vigent.  
Hinc igitur vana procul hinc esio te loquela,  
Nil nisi diuinum mens meditetur opus.  
Huc ades, & nitidis ad nos ad labere pennis  
Parthenia, aspirans, rebus adesto sacris.  
Suggere calestes cantanti suggere versus,  
Mens sit in excelsis te duce fixa bonis.  
Ultima Iudaici venit iam temporis ætas,  
Iam noua progenies labitur ecce polo.  
Iam mūdū renouans, rerum nouus incipit ordo  
Scripta sibillinis lustra docere libris.  
Altiloquo nobis priscorum carmine vatum  
Promissus, nostro nascitur orbe puer.  
Summa Dei siboles magnū Patris incrementū:  
Principio, medio, tempore, fine carens,

Afice

3

Aspice iam nato latantur ut omnia rege,  
Cui paret mundus, totaq; terra subest.  
Gaudet humus, tractusq; maris, caligq; profundū  
Et resonat toto musica grata polo.  
Et phagi, & quercus sudent iam roscida mēta,  
Nectar, & ambrosiam proferat omnis ager.  
Ipsa sibi circum crescent cunabula flores,  
Omnis & hac clara nocte virescat humus.  
Hoc puerō veniente silent oracula Delphīs,  
Atque omnes falsi conticuere Dī.  
Fons olei exoritur largo cum flumine Rōma,  
Suauiter & gelidas T ybridis auxit aquas  
Magnus ab integro saclorum nascitur ordo,  
Veraque Cumæi est carminis historia.  
Ferre a nascenti puerō nunc desinet atas,  
Concita nectareo flumina melle fluent.  
Aurea iam nostris succedent tempora lustris,  
Aurea gens toto surget, & inde solo.  
Talia saclæ, suis cupierunt cernere votis,  
Antiqui vates, quotque fuere patres.  
Hac est illa dies qua non felicior orta,  
Visa nec eois clarior villa iugis.  
Ergo rei seriem, primæ ui ab origine mundi,  
Altius, his elegis nos cecinisse iuuet.  
Imperium damon sibi iam subiecerat orbis,  
Ast nimis horrendo lex erat acta iugo.

Prob

Proh dolor, errabat tenebris gens per dita cecis,  
Nec poterat celsi clausira subire poli.  
Ob scelus in barathrum, tellus numerosa ruebat,  
Aduersumque ferox pluto iuuabat opus.  
Dum quateret montis nigrantia culmina, Mosi  
Hac responsa suo reddidit ore Deus.  
Hosce meos frustra poscis iam cernere vultus,  
Nāque hominū prorsus cernere nemo potest.  
Audijt ut Gabriel inter lectissimus omnes  
Angelicos, tales protulit ore sonos.  
O Pater omnipotens charam tu desine prolem  
Mortales jeri queso videre queant:  
Nam ni te videant, poterunt nec ducere vitam,  
Immo nec optatos condecorare dies.  
Solus amor, misera moueat te dummodo gentis,  
Et male deceptis fer miseratus opem.  
Tum superum pietas, commouit sancta parentē,  
Ne rueret caca plebs fugitiua face.  
Tantus amor potuit seruandi tanta cupido.  
Perpetuo summum seruet amore bonum.  
Conciliumque iubet supera de gente vocari,  
Solueret ut longos dexteritate metus.  
Protinus adueniunt (vix missa Voce) parati  
Calicola, ut summi iussa parentis agant:  
Primatus, Seraphim, Cherubiq, Throni, Domi-  
Inde Potestates, ordine qui que suo, (natus,  
Viris-

4

Virtutes, Archangelici, Angelique: Chorista

In series sese composuere nouem:

Accedunt omnes magna stipante caterua

Sedibus appositis calicaturba sedet.

Ille sed aethereum circum dum spexerat agmen,

Constitit, et pulchre talia Verba tulit.

Postquam nos calum, terram, mare fecimus ore,

Et subito ex nihilo cuncta creat a forent:

Nos homini effigie quodā dederamus ut auras

Carperet, et magni scanderet astra Dei.

Nec tamen ipse meis voluit parere loqueli,

Sed dum scire cupit, nescius ipse cadit.

Coniugis arbitrium serpentis techna sefellit,

Et dolus in casēs traxit utrumq; suos.

Fallitur heu nimis concussa propago sagittis,

Et nimis iniusta crima fraudis habet.

En quot funestis vexatur terra periclis,

Nec det amicitiam res male facta bonam

Fas iubet in miseras sobolem transmittere terras,

Ne mage fallaci ludat in arte sathan.

I Gabriel, celeresque seras mea iussa per aurass

Et noua telluri fædera pacis age.

Dic hominum longos procul aususisse dolores,

Optatamque diu pacis adesse diem.

Dixerat: et summi desert mandata parentis,

Vix potuit socijs ferre Valete suis.

Et

Etsantur socij lingua properante viciſſime

Vade, breui reducem te Videamus, abi.

Dulcisona exoritur toto symphonia calo:

Concentus superos fecit inire choros.

Illi ergo ancipites subduxit ab aethere pennas,

Ag greditur q̄ sua conditionis iter.

Haud aliter, quā qui tumidū cōponere martē,

Oceanique duces dexteritate parat.

Dicit eſ in priscos, legum monumenta, labores,

Soluit eſ antiquis martia tela rogis.

Nec mora, nam tremulis ales secat aer a pennis,

Aduolat eſ sanctam virginis ante domum.

Virginis ingreditur, tacitus, sub tecta Maria

Aetheris intrepido iuſſa labore ferens.

Fecit eſ insolito cellam Splendore parari,

Mox quoque virgineum peclus in aſtra rapi.

Sic ſibi ſepoſito recitans praecepta colore,

Mellifluo blandus liquitur ore lepos.

Salve plena Deo, Dominus tecum, benedicta es

Femineo in ſexu, Virginitatis honos.

Sola tuos benedicta veheſ in ſydera flores,

Atque tui felix copia ventris erit.

Conſtitit illa tremens gelido concuſa timore,

Et ſtetit erectis vix ſibi nota comis.

Obſtupuit, retroque pedem per territa fixit,

Intus eſ in ſolitis ignibus icta gemit.

5

Non aliter, quā qui rapidis fous ignibus ictus  
Nescit ubi vita vita sit ipsa sua.  
Qualis, cum varijs se terra coloribus ornat.  
Vere nouo, & nos tristis visit hirundo lares:  
Solis ad aduentum se flectit purpureus flos,  
Conspersim gelido roris ab imbre sui :  
Sic virgo faciem demissa pudore manebat,  
Illico cum supero rore repleta fuit.  
Pone metum, penetretq; tuos vis multa per artus  
Ille ait, auxilium te Deitatis habet.  
Concipies, pariesque tuum sine labo satorem,  
Integritasque tibi virginitatis erit.  
Hic reget, & populos sceptro vibrante mouebit,  
Et teret iniustas cum pietate manus.  
Fla tamen dubijs nimium sermonibus icta,  
Nil sibi cum quo quis protulit esse viro.  
Rursus ad intentas sic satur nuntius aures,  
Inflatum supero flamine pectus erit.  
Propterea, tumido fuerit qui viscere clausus,  
Omnipotentis erit filius ille Dei.  
En, tua quā steriles cognata peregerat annos,  
Facta senex uterum prole mouente gerit.  
Exultans dedit, illa, sonos ad sydera tales,  
Ecce ancilla Dei fiat ut ipse iubet.  
Sic ubi consensit, subito Verbum caro factum est  
Ac Deus ex sancta Virgine factus homo est.

Concepit sterili Anna, in tacto filia ventre;  
Bis natura manus nescia victa dedit.  
Virginis interea Venter, cum prole tumescit,  
Incipiuntque suas membra mouere vices.  
Dum iubet armipotens orbem describere Casar,  
Et populum quavis sedulus urbe vocat.  
Illa etiam paritura nouos sine semine fructus,  
Venit ut iniustum non pateretur opus.  
Sed nimis angusto cessit res ultima tecto,  
In stabulis gnatum virgo beat a parit.  
Hospitio caruit, verbo qui cuncta creauit  
Cum locus infanti nullus in aede foret.  
Fas suit ergo boui regum cognoscere Regem?  
Atque creatoris membra videre suis?  
O male felici natas sub sidere terras,  
Qua tenera curam vix Deitatis habent.  
Pradurum patitur nascens praeceps tenellus,  
Sustinet comites Christus habere feras.  
In iace brachiolum, et blanda fige oscula matri,  
Dulciaque arridens ubera suje puer.  
Molliter et totus gremio cum lacte recumbe,  
Ne te frigus iners, neui' fera latet hyems.  
Bellule, cur matrem versus tu dicito, vertis  
Mollia deducta lumina lacrimula?  
Quid gemis ab matres vagis puers est ne salutis  
Tantus amor nostra, pectora ut ambo stant?

Hac natū, ille homines, lacrimis miseratur obor-  
 Sūmus utrumq; pio vulnera lafit amor. (iis,  
 Angelus inde nitens, catis resplenduit altis,  
 Pastores iuxta dum pecus eſet agris.  
 Soluite corde metum, pastores soluite vanum  
 Infis, nam vobis gaudia magna fero.  
 Ascitur en terris hodie ſeruator I E S V S,  
 Gentis amor vestræ, gentis honorque ſue.  
 Inuenietis cum duro in præſepe iacentem,  
 In Berklemais, Dauidicisq; casis.  
 Dixerat, & ſuper a ſimul affulſere phalanges:  
 Musica fit latis athere grata ſonis.  
 Gloria in excelsis Domino, mortalibus & pax  
 Alma, voluntatis ſit (cecinere) bona.  
 Accurrunt, vigiles puerū venerantur JESVM  
 Pastores, pleno Gaudia corde gerunt.  
 Præſago illuxit tum lumine ſyodus olympo,  
 Inuitans clara nobilitate Magos.  
 Chaldaei agnoscunt cauſam ſtellantis olympi,  
 Fefinantq; ſequi quā ſacra ſtella micat.  
 Agglomerant & equos, theſauros, atq; camelos,  
 Plauſtraq; regificis rebus onuſta volant.  
 O via ter felix, qua non iucundior unquam  
 Acta, nec in toto latior orbe fuit,  
 Apparet tandem procul inclyta regia Nati,  
 Stellaq; quæſita, ſtat ſuper antra domus.

Ut visa est turba, facta est via maior anhela,  
Quisq; sacrum ad limen tendit adesse prior.  
Congressu introcunt, humili, gestuq; modesto,  
Et puerum, & matrem regio honore colunt.  
Mystica thesauris exponunt dona reclusis,  
Quae pretiosus Arabs, quaque Sabaus habet.  
Trini terna serunt infanti munera reges:  
Thus Deus, aurū Rex, myrrhā homo dātis a-  
Vi proprius Veniunt, prostrati pectore toto, (mat  
Fixerunt pedibus suavia crebra sacris.  
Thura Deo, Regi aurū, myrrhā hominiq; dica-  
Nominibus Christus cōstitit hisce tribus (rūt  
Fronte hilari acceptos, placidisq; hinc inde vi-  
Colloquijs latos, nox iubet ire domū. (cīssim  
Iamq; rubescat tenebris aurora fugatis,  
Quāq; via inquirunt perficienda forēt.  
Angelicis demum dictis edicta diserta  
Mutato repetit calle caterua lares.  
Dein' iisdem monitis, septemplicis ostia Nili  
Mater cum puerō prascia cedis adit.  
At postquam Herodes rescivit signa Tyrannus,  
Claraque visa eſset fulgere ſtella Magis.  
Subdolus ecce viam caſtri cupit ipſe doceri,  
Illustres vaſra fallat ut arte Magos.  
Fallere vult arabes reges, ſed fallitur ipſe;  
Dum remeant alio iramite ſponie domus m.

Tum subit effrenem rabies ac heruntica mente,  
Fulminaque accensis ignibus ore Vomit.  
Mucrones rapite, infantes laniate tenellos  
Inquit, quid statis? pellite corde moras.  
Confodite ense mares, dextra, lauaque, biennesi  
Quot Bethlemais repperiuntur agris.  
Lictores, dicto citius, furialibus ausis  
Arripiunt sicas, bile nigra que fremitunt.  
O furor exundans quo non crux dulcior alteri  
O rabies stygijs exriter orta foci.  
Pectore quid rabido spumans moliris inique?  
Quasue parat diras impia dextra necess?  
An quia satidici mens est tibi conscientia veris  
Quem metuis puerū, credis eſſe Deum?  
Cerne feris ut stat medijs innoxius infans,  
Vtque tenella bonis membracalore calent.  
Istamen innocuis requiescit stramine brutis;  
Sed superas Tygres tu feritat e truces.  
Postera dum bigis aurora affulsit eois,  
Corpora dumque hominū semisepulta iacent.  
Flico bimorum fit funestissima strages,  
Sanctaque Bethlemis arua cruento rubent.  
Imbelles matres, ah, tecta v lulatibus implent,  
Sideraque infando crimine celsa tonant.  
Ast egyptiacis fugiens permanxit in oris  
Tutus, eſſe illas, parvulus Emmanuel.

sime-

*Sis memor oro tua regum Rex optime gentis,  
Et profugum soueas pastor amore gregem.  
Moxq; velis finem miseri imponere rebus,  
Et procul a nostra pellere mente notas.  
En tua sollemni canimus natalia festo,  
Et dulces placido promimus ore sonos.  
Scilicet vi superas bonitas tua ducat in arces,  
Ut que tuo liceat suauiter ore frui.*



*De Deipara Virgine.*

*Est lumen clarum, lux pura, diesq; corusca,  
Splendida luna, aurum nobile, lacq; nitens,  
Estq; ligustrum album, speciosu marmor, amana  
Christallus, nix est candida lapsa polo:  
Sed superumq; hominuq; Dei sanctissima mater  
Pernitidi faciem solis ad instar habens,  
Lumine, luce, die, luna, auro, lacte, ligistro,  
Marmore, christallo, candidiorq; niue est.*

8

Illustriſſimi, & Reuerendissimi D. D. fel. rec.

ALEXANDRI FARNESII


Cardinalis, ac Procancellarij ampliss.

Eximiae gratitudinis ergo

DISTICHON CHRONICON.

Quo dies, mensis, annus, aliaqꝫ eius laudes,  
cum hinc ad superos euolauit,  
continentur.

MartIVs Vt bI soVat, FarnesIVs VrbI s, et orbI s  
Atqꝫ gregI s rVbrI gLorIa, aD aſtra præIt.



ANT 15813



103 c 9

LIBRERIA DELLA UNIVERSITÀ DI TORINO

ALFREDI LIBRAIO

CARLO ALBERTO

LIBRERIA DELLA UNIVERSITÀ DI TORINO

DIS TI CHION CHRONICON

LIBRERIA DELLA UNIVERSITÀ DI TORINO

LIBRERIA DELLA UNIVERSITÀ DI TORINO

